



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

DISSERTATIO MEDICA
INAUGURALIS
DE
CORTICE PERUVIANO:
QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate reverendi admodum Viri,

GULIELMI ROBERTSON, S. S. T. P.
ACADEMIAE EDINBURGENAE PRAEFECTI,

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI consensu,

Et nobilissimae FACULTATIS MEDICAE Decreto,

PRO GRADU DOCTORIS,
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini subjicit

JOANNES WARREN,
BRITANNUS.

Ad diem 12 Junii, hora locoque solitis.

*Quot seculis defudarunt artis primores, ut febrifugum
aliquod reperirent aut arte conflarent, modo a Peruviana
regione CORTEX ad nos defertur: divinum plane reme-
dium, ad male natam febrium sobolem exterminandam!*
RAMAZZINI.

*Hi motus ———, atque haec certamina tanta,
Pulveris exigui jactu compressa quiescunt.* VIRG.

EDINBURGI:
Apud BALFOUR, AULD, et SMELLIE,
Academiae Typographos.
M, DCC, LXX.



VIRIS ILLUSTRISSIMIS,
GULIELMO CULLEN,
PROFESSORI CELEBERRIMO,
PRÆCEPTORI SUO SUMMOPERE COLENDO,

DOCTRINA ET INGENIO

NEMINI SECUNDO:

ETIAM

MICHAELI DICKSON,

TAM

MEDICINAE SCIENTIIS

ORNATO,

QUAM

HUMANITATIS OFFICIIS

PERPOLITO:

TUM

TUM ET

PATRUO SUO OPTIMO

EDUARDO ADDICOTT,

IN RE MEDICA VERSATISSIMO,

OB AMICITIAM VERE PATERNAM

ET

MAXIMA ERGA SE COLLATA BENEFICIA:


HASCE DISQUISITIONES,

EX GRATO ANIMO,

SUMMAQUE REVERENTIA,

HUMILLIME VOLUIT

JOANNES WARREN.



DISSERTATIO MEDICA

DE

CORTICE PERUVIANO.

INTER omnia medicamenta quae natura suppeditat, Cortex Peruvianus palmam praecipue arripit, et fatis ample a Lue Venerea, ex eadem, ut vulgo creditur, regione ducta, damna hominibus illata pensat.

PER plurimos annos, a primo ejus ingressu, multa et varia fata subiit; initio, in summo honore erat habitus, paulo post vero magna contumelia accumulatus; an hoc ortum sit ex medicorum imperitia, vel eorum ignavia qui, suis commodis magis quam aliorum sanitati studentes, eum vituperabant, haud fatis compertum est.

LABENTEM interim corticis famam, SYDENHAMUS, TORTI, et MORTONUS, qui propria dosi
A exhibebant,

exhibebant, fulserunt; atque hodie proprietates et facultates ejus argumentis firmissimis stabiliverunt HOFFMANNUS, DE HAEN, PRINGLE, CLEGHORN, &c. qui omnes in medicina fummos honores obtinuerunt.

DE cortice Peruviano hoc ordine tractandum est:

- 1mo, De qualitatibus sensilibus.
- 2do, De menstruis ejus in genere.
- 3tio, De virtutibus et ratione agendi.
- 4to, De usu et abusu ejus in diversis morbis.

I. *De Qualitatibus Sensilibus.*

SENSUS nostri quasdam qualitates in cortice agnoscunt, amaritudinem nempe cum aromate et quadam adstrictione conjunctam, quod, etsi multi negaverint, gustu et omni alio experimento facile apparet. Nigro colore salem martis tingere comperitur.

HASCE

HASCE qualitates conjunctas eundem cum cortice effectum producere postea ostendere conabimur.

II. *De Menstruis ejus.*

CORTICEM Peruvianum, sub forma pulveris deglutitum, effectus suos salutiferos citius certiusque producere, apud medicos hodiernos satis constat: Quoniam vero nauseam et fastidium multis aegris haud infrequenter gignit, non abs re erit notare, quibus menstruis virtutes et qualitates hujus praestantissimi medicamenti facillime et optime impertiuntur, atque sub qua formula fit maxime elegans gratique saporis efficacissimum: Ut igitur ad hunc scopum attingamus, multa experimenta ab ingenioso Dom. PERCIVAL facta referemus. In iis experimentis varia menstrua usurpata erant: viz.

I. *Aqua Calcis.* In hoc menstruo corticis Peruviani effectus tentare permotus erat Dom.

PERCIVAL,

4 DE CORTICE

PERCIVAL, ex theoria fatis ingeniosa Ill. MACBRIDE nuper tradita, atque omnibus nota, sed nec votis ejus neque theoriae respondebat experimentum; nam, etsi diu corticem maceraverat, solutionem hanc infusionem frigidam mox memorandam tantum adaequare, vel paululum superare, simulque esse ingrati saporis, atque nauseam vix ferendam producere, comperit.

2. *Spiritus Vini Gallici.* Residua quorundam menstruorum inter se comparando, corticis Peruviani qualitates spiritui vini Gallici, magis quam aquae, aut etiam quam spiritui rectificato, impertitas esse perspexit.

DE tinctura cum spiritu vini Gallici parata, quamvis sit elegans et grati saporis, objicitur, dosin fatis aptam in multis morbis, propter stimulum menstrui, non posse deglutiri.

3. *Infusio Frigida.* Simplex infusio decoctum multo superat; cortex enim aquae frigidae aeque ac bullienti virtutes impertit. Infusio autem et stomacho gratior, et qualitates quoque corticis melius retinet, quia nullam resolutionem

onem patitur; in decocto vero partes resinofae ac gummofae solvuntur, et aroma etiam, testante D. LEWIS, aufugit.

4. *Decoctum.* Stomacho decoctum est aequae ac cortex ipse pergrave, quod ex partis resinofae magna insolubilitate oriri putat Celeb. DE HAEN; ideo decoctum per linteum densum colari jubet; Ill. vero professor noster D. GREGORY calidum exhibere monet; virtutes enim corticis quodam in modo partem resinofam, quae, quando decoctum frigidum fit, fundum petit, possidere existimat.

5. *Extractum* multo est imbecillius quam vulgo creditur; nam, praeter ea quae decocto obijciuntur, hoc incommodum insuper accidit, quod, sine quodam gradu empyreumatis, secundum Pharmacopoeiam Londinensem, difficiliter obtinere possumus.

III. *De Virtutibus et Ratione agendi.*

VIRTUTES corticis Peruviani, quatenus ex
qualitate

qualitate adstringente, amara, et aromatica, compositae, facile ad duo capita reduci possunt, nempe ad Vim Tonicam, et ad Vim Antisepticam.

DE his ordine agemus.

I. *De Vi Tonica.*

VARIA medicamenta, uti supra observavimus, virtutes compositas corticis possidentia, in omnibus hisce casibus quibus nunc cortex, feliciter adhibita fuerunt; alumen, e. g. et chalybs, quae ex classe astringentium sunt, saepissime usurpabantur, et omnium consensu vi tonica agunt.

GALLAS esse remedium efficacissimum in intermittentibus, multis experimentis comprobatum est, quae videre liceat ex Academiae Scientiarum Parisiensis scriptis. Ex communibus vero experimentis nobis asserere non datur, qui et quot sint effectus quos in corpus humanum astringentia, quae simplicia sunt dicta, edunt; quia parca manu ministrabant medici, ne evacuationes salutiferas supprimerent; sed si hunc metum superare possimus,
gallas,

gallas, et alia astringentia, largiore manu exhibita, certum remedium saepius fore, judicamus.

A M A R A.— Omnia amara vi tonica gaudent, et experimentis effectus similes cum cortice Peruviano, flores chamaemeli edere, et remedium aequè specificum esse, infert Dom. PITCAIRN. Radici gentianae, summitatibus absynthii, minori centaurei, sui invicem nunquam defuerunt fautores.

A R O M A T I C A.— Varia medicamenta, quae aroma possident, etiam ab empyricis saepissime deglutita et administrata fuerunt, uti nux moschata, zingiber, cinnamomum, caryophylla, piper, &c.

Ex astringentibus, amaris, atque aromaticis, inter se utcunque conjunctis, remedium aequè efficax et salutiferum ac cortex nunquam adhuc repertum est; tale vero in rerum natura non dari ex dictis nequaquam sequitur; nam ex hisce tribus rite compositis succedaneum interdum habemus, praesertim necessitate urgente, aut cum aegri corticem fastidiunt; hinc saltem in dubio est, num cortex specificè agat, necne.

IN omnibus igitur casibus quibus usus astringentium et amarorum aliquid periculi affert, etiam a cortice Peruviano abstinendum judicaremus; et vice versa.

2. *De Vi Antiseptica.*

CORTICIS virtus, uti antiseptica, a vi tonica procul dubio multum pendet, partimque vero potestate antizymica, qua in fluida nostra agit; ex diuturno enim usu partem corticis massa fluidorum commisceri, et hoc modo diathesi putridae obviam iri, probabile videtur.

HACTENUS de qualitatibus sensilibus, &c. nunc quaedam de ratione agendi dicere liceat.

PAUCIS verbis, cortex, quatenus est tonicus, nervos excitando firmandoque, systematis tonum adauget, totumque corpus corroborat. De hac re vero plura mox memoranda erunt.

IV. *De Ufu et Abufu ejus in diverfis Morbis.*

QUONIAM nulla eft morborum claffis, quae inter homines magis graffatur, aut citius eos e medio tollit, quam febres, corticis virtutes hifce in morbis nunc primum indagandae funt.

IN intermittentibus folum corticem effe adhibendum auctores multi antehac afferuerunt; nonnulli tamen in remittentibus adhibuerunt, fumma licet cum cautela. Nunc vero pernicioforum effectuum timorem feliciter fuperavimus, ita ut non folum audacter in remittentibus ipsis, fed etiam in continuis cujuscunque generis, praefcribere poffimus. De his autem ordine.

De ufu Corticis in Intermittentibus.

ARGUMENTA varia et etiam indubia probant, febres intermittentes ex iis caufis ortum fuum habere, quae fyftema debilitant, atque vigorem nervofum diminuunt, vel, in verbis

B

celeber.

celeber. BOERHAAVII, "Inertiam liquidi nervosi inducunt." Cum vero debilitas aut atonia paroxysmum caeteraque omnia subsequentiæ phaenomena non solum praecedat, sed etiam inducit, hanc igitur debilitatem, Affectionem Primariam nuncupare volumus; haec luculenter apparent ex scriptis sagaciss. Commentatoris BOERHAAVII in Aphorismo 756. "Videtur enim," inquit, "curatio febris talis hoc imprimis requirere, ut primum illud tempus, frigus nempe, et prima illa causa, viscositas nempe liquidi arteriosi, et inertia fluidi nervosi, superentur: Tunc enim reliqua febris symptomata cavebuntur, cum nunquam sequantur illa, nisi priora praecesserint." Si res igitur ita se habet, satis constat, morbum omnino solvi, si *primum tempus* et affectio primaria superari possint; et ad hoc praestandum, quid medicamentum compertum fuit magis polleus quam ipse cortex, qui omnia tuto cito et jucunde perficit? Nonne igitur verisimile est, corticem effectus suos salutiferos producere, tonum systemati praebendo, atque proclivitatem recursus, quae ex legibus systematis nervosi manet, tollendo? Hanc theoriam firmat experientia iterata; cortex enim vel in apyrexia,

rexia, vel sub ingressu stadii frigoris, adhibitus, morbum omnino tollere comperitur; si vero caloris stadio deglutitus sit, ubi vis systematis arteriosi nimium augetur, illum tunc nocere experientia docemur.

DOCTISSIMUS DE HAEN, hypothesebus de corticis operatione in curanda febre intermittente omnibus simul rejectis, exclamat: "Tota res aenigma est, aenigma manet, quaestio inanis, responsum impossibile." Nodum sane in scirpo quaesivisse mihi videtur egregius ille vir; nam, si quid veri sit in conjectura supra memorata, solvitur nodus, et evanescit aenigma.

IN febribus intermittentibus, omnes suos effectus in systema nervosum agendo producit cortex: Cum enim semiuncia, vel dimidiam vel quartam horae partem ante paroxysmi adventum deglutita, accessionem ejus impediat; ex hoc corticem in systema nervosum solum agere comprobatur; quomodo enim hoc in casu vasa ingrediendi, atque vi antiseptica febrem solvendi, cortici spatium foret? Porro, non solum cortice Peruviano et remediis antisepticis curatur hic morbus, sed etiam testa-

ceis,

ceis, affirmante SENAC, quae vi omnino septica, iudice D. PRINGLE, pollere existimantur.

FEBRES intermittentes uno fere ictu electrico fugantur: Hic sanguinis putredinem tam cito emendari nemo certe affirmabit.

TIMOR, cui etiam addere liceat caeteras animi affectiones, intermittentes et inducit et propellit; quod a systemate nervoso causam quaerendam esse probat.

SI vero in fluida corticem agere concederemus, tamen intermittentes non ex fluidorum, sed ex solidorum, aut, quod idem est, nervorum statu pendere, probatum est.

EXPERIENTIA denique repetita demonstratur, corticem, ubicunque arteriarum tonus augetur, nociturum, et, e contrario, quando diminuitur, maximum commodum secum allaturum. Haec vero negantes evolvere debent scripta sagacissimi Van SWIETEN, quae satis luculenter eadem demonstrant.

INTERMITTENTES, in veinales et autumnales, scriptores apte distinguunt. Illas diathesis phlogistica, has vero putrida, concomitatur. Ubi phlogistica signa se ostendunt, regimen antiphlogisticum, auctore SYDENHAMO, praescribendum est, quamdiu manent; inflammatione

matione autem remota, nil vetat quin cortex exhiberi queat; si vero non removeatur diathesis illa, multis in casibus cortice adhibito, febres continuas generis nocentissimi subsequi percipimus, et eo, nisi necessitate urgente, non est utendum. Propter rationes jam traditas eum nunquam praescribere solemus, cum propria apyrexia difficulter sese ostendit.

PUTRIDA diathesis, autumnalium intermittentium fere semper comes, vim tonicam minuit, et hoc in casu magnum damnum laxis et imbecillibus systematibus infert. Hae febres, quoniam sunt periculosissimae, maximam curam postulant; hisce igitur morbis, primo ingressu, medici, in calidis regionibus, corticem adhibendo, obviam ire saepissime coguntur. In his enim primaria indicatio curatoria est, Vim vitae corroborare. Hinc CLEGHORN, TORTI, &c. cum in visceribus abdominalibus accumulatio adesse appareret, corticem injicere quam celerrime erant coacti. MERCATUS etiam inquit, "Si in his malis differas, periculum ocyffime accerfes: Procrastinatio enim in his nunquam non fuit perniciosissima." Quidam casus accidunt, ubi, septicis et putridis viribus ingravescantibus, arteriarum tonus tam subito

bito relaxatur, et alia mali ominis subsequuntur, ut statim cortex sit praescribendus, nullo paroxysmorum intervallo dato aut expectato.

MEDICI magnopere inter se litigaverunt, an evacuationes semper praecedere usum corticis debeant, necne: Quidam esse maximi momenti statuerunt; alii vero non solum inutile, sed etiam periculosum. Sine ulla evacuatione praecedente saepissime usurpavit MORTONUS; pergit etiam nos certiores facere, se, visceribus obstructis et inflammatis, felici cum successu praescripsisse, et quicquid mali ab aliis esset observatum, non usui corticis, sed aliis causis attribui debere.

E contra, asserit STORCK, hydropes vel quosdam alios morbos pessimi generis ab ejus usu induci, nisi hypochondriorum obstructiones evacuationibus prius solvantur. SAUVAGES, Van SWIETEN, &c. idem sentiunt. BAGLIVIVUS quoque asserit, "Si chinam dederis, ut fataliter plurimi faciunt, ventre adhuc humoribus onusto, tria expectato, aut inflammationem, aut lentam ac diuturnam febrem, aut mortem." — Inter omnes autem fere auctores convenit, evacuationes, quum adhiberi possint, esse adhi-

hibendas. Ubi evacuationes inducendae sunt, dominum MEAD sequi volo, qui pulverem rhabarbari optimos effectus edere judicavit. Summa enim laude dignum, non solum in hac februm specie, sed etiam in omnibus aliis, inflammatoria excepta, rhabarbarum censeo; quippe enim, vi sibi propria alvum laxam reddendi, atque eodem tempore evacuationes profundas cohibendi, denique systema roborandi, quatenus amarum, praeditum est.

OMNIBUS de hisce evacuationibus, a diversis auctoribus traditis, rite perpensis, accumulationes biliosarum fordium, quae primas vias occupant, et morbo favent, ejici, atque excretoria, quae ad intestina ducunt, si constringantur, aut nimia fluidorum in abdominalibus visceribus congerie occludantur, aperiri, multo utilissimum esse patebit: Haec vel emeticis; vel purgantibus, consensu recentiorum medicorum, perficiuntur, quibus modis mala ex usu corticis subsequenda, si ita loqui liceat, facile praecaventur. Haec methodus, quando morbus typo regulari non se ostendit, est praesertim necessaria. Effectus eorum hisce in morbis probabiliter non semper ex evacuatione facta oriri, quod nuper ingeniosus
amicus

amicus dominus GILCHRIST me docuit, demonstrare videtur. In duobus intermittente laborantibus, ubi paroxysmi typum valde irregularem induebant, epispastico inter scapulas in hisce ambobus casibus applicato, morbus typo regulari, nempe tertiano, postea procedebat. Nonne emetica et epispastica in talibus casibus eisdem effectus edunt?—Rationem agendi sequentem reddemus, viz. quando morbi, qui sub certis periodis ostendere sese debent, typum irregularem assumunt, hoc derivatur ex aliqua conditione in corpore latente, quam emeticis vel vesicatoriis mutare, et viam, qua regularibus periodis morbus procedat, sternere possumus.

QUIDAM celeberrimi auctores, hunc morbum, certis circumstantiis comitatum, vel in aliquod temporis procedere permitti, vel relinqui debere naturae medicatrici, docuerunt; idcirco, ut hancce opinionem firmarent, intempestivum corticis usum hoc in morbo valde vituperant, quasi multorum malorum radicem: Hoc tanquam nihili aestimandum praetereo, atque intermittentem ab initio sine damno solvendam censeo; praesertim vero ubi aliquid periculi imminet:

imminet; neque enim nugas agebat Poeta, dum cecinit,

Mobilitate viget, viresque acquirit eundo. VIRG.

HOFFMANNUS, LISTER, &c. idem quoque sentiunt. MONGINOTIUS etiam inquit: "Notandum venit, si invasio admodum valida fuerit, aut si crebrius fuerit exhibita, nempe cortex, nonnullos a primo etiam paroxysmo liberationem obtinere, unde medicamento plurimum laudis accedit." BOHNIUS vero sapienter scripsit: "Nullae de aliqua re dari possunt generales regulae quae aequae omnibus occasionibus respondebant; haec res prudentiae et sagacitati peritorum medicorum relinquenda est."

QUOD autem objicitur et gravissime urgetur, si aliquis morbo pertinaci laboret, praesertim in systemate nervoso, e. g. paralyfi, epilepsia, convulsionibus, &c. et intermittens supervenerit, hic, si mitia symptomata adsint, haud abs re esset, progressum ejus quodam in gradu permittere: Quippe enim neque est impossibile, atque haud equidem infrequenter accidit, motus ex intermittente orientes systema ita commutare posse, ut aegrum in posterum

C

morbo

morbo quo ante laboraverit liberatum relinquunt.

FORMULA sub qua hoc medicamentum ingerimus, magni momenti est; ideoque indaganda.

SAEPISSIME sub forma electuarii deglutitur cortex; sed multo minus efficax, judice Domino LIND, quam cum exhibetur in haustibus vino vel spiritu rectificato satis dilutis. Cortex tamen sic ministratus, quamvis saepissime proficit, semper haud ita tutus videtur; nam ex vehiculi spirituosi quantitate ingesta status inflammatorius inducitur, et vires stadii caloris, una cum agmine malorum inde subsequentium, augentur; sub forma igitur electuarii est praescribendus, atque tamdiu continuandus, quamdiu facile fert ventriculus. Cortex sub forma pulveris vel electuarii assumptus, uti ante memoravimus, ullam aliam methodum maxime superat: Huic quoque favet BLEGNYS: "Me judice," inquit, "simplicissimae preparationes et quae minus artificium redolent, omnibus praeferendae sunt." MORTONUS etiam, verba faciens de chinaechinae tincturis, extractis, &c. concludit: "Febres sane substantia

stantia corticis citius, ac certius, quam quacun- que speciosissima ejus tinctura, extracto, vel elixire fugari, atque fugatas ad recidivationem minus aptas esse, certo certius constat.”

UBI autem amarum et ingratum corticis saporem fastidiunt nimis delicati homines, vel pueri aut infantes, corticis decoctum clysmate injectum, vel potius ejus pulvis, uti monuit Ill. SBARALEA, subtilissime aqua dilutus, tuto et pene aequali cum successu idem efficit ac per os assumptus esset; majore tamen, scil. tripla plerumque opus est dosi, ad idem effectum praestandum. Uno autem alterove clysmate emolliente prius eluenda est alvus, ne foeces in crassis intestinis haerentes obtent; atque postea diutius clysmata ex cortice Peruviano parata vacuis intestinis retineri possint.

QUANDO cortex alvum constipatam reddit, quod saepissime accidit, purgantia jungere monet Cel. SENAC; enemata, uti HOFFMANNUS judicavit, anteponenda putamus; quia systema debilitare, quod evacuantia semper faciunt, magnopere regressui intermittentium viam sternit; laxantia igitur multum cortici obfunt; evacuationibus enim inductis, tonum systematis

systematis diminuunt; atque quantum cortex roborat, tantum evacuantia debilitant.

CUM alvum nimis solverit ipse cortex, tum vis cathartica opio compescenda.

UT vires corticis auferent, multa huic medicamenta adjecerunt medici; centaureum minus, pulverem viperinum, &c. multopere laudavit SENAC. Centaureum minus, quatenus gentianae est species, amari virtutes possidet; sed, quae sint pulveris viperini virtutes investigare, nequaquam adhuc pares sumus; quoniam vero gentiana molem dosis tantum auget, et minores quam cortex virtutes possidet, inutilem judicamus. Jurare vero in verba Celeb. SYDENHAMI nostrum non est; dicit enim, "Qui aliquid cortici adjiciunt, praeter vehiculum eidem in ventriculum transmittendo necessarium, aut ex ignorantia peccant, aut dolo malo, a quo vir probus ex animo abhorrebit."

DE DOSIBUS nunc observare liceat, quicquid mutationis efficit cortex, id parva dosi non effici; regressus enim paroxysmi, nisi dosi sex drachmarum non praevenitur, et saepe uncia una vel etiam plus requiritur. Ita quoque

quoque SYDENHAMUS observavit, "quo magis febris, sive sponte sua, sive regimine calidiori ad continuitatem accedit, eo majore corticis quantitate opus fuisse; adeo ut aliquando sequiuncia, vel et duobus uncis, se ad febres tales fugandas indiguiffe." Et MONGINOTIUS inquit, "Cum ab hujus remedii usu omne omnino absit periculum, fatius est ad majorem quantitatem ascendisse, quam in minori haesisse, ut curationis *το ασφαλές* sequatur." Idem plane asserit CHARAS, loquendo de dosi extracti sui in hunc modum: "Mais il n'est pas nécessaire d'être scrupuleux sur la dose de cet remede; car il a cet avantage, que l'augmentation de la dose un peu au delà de l'ordinaire, n'y la reiteration des prises ne laissent aucune mauvais impression, et ne peuvent faire mal a personne."

Ex dictis facile colligi potest, mutationem systematis supra memoratam non solum ex quantitate pendere, sed ex tanta quantitate ita deglutita, ut uno et eodem tempore effectus suos edere et continuare queat cortex; minorem enim vim magnis intervallis deglutitus habet. Usu docemur, quo propius mutatio in systemate ope corticis facta ad atoniae
et

et spasmi regressum accedat, eo majores vires paroxysmum appropinquantem superandi et prohibendi inducit; atque ideo solvendi morbum certiores sumus. Fortasse igitur duae drachmae, semihoram ante regressum paroxysmi adhibitae, magis proderunt, quam quatuor drachmae, sex horis ante, vel etiam sex drachmae per spatium totius diei deglutitae; si enim inter doses longum intervallum interverit, tam efficacem mutationem systematis inducere aut continuare non potest cortex. Pertinacia quartanarum ex sumendo unciam corticis tantum per duos dies pendere videtur; die paroxysmum praeeunte, vel mane potius quo exspectatur, deglutire melius efficit. Praedicta hoc modo illustrare volumus. Si, e. g. sex aut duodecim horae inter dosin ultimam deglutitam et regressum exspectatum paroxysmi intervenerint, tonum systematis istum, qui obviam recidivo paroxysmo aptus est, cortex fulcire non valet.

Usus corticis, ut regressibus intermittenti-um praecaveamus, in aliquod temporis continuandus est. Consensu omnium medicorum existimandum est, certis periodis intermittentes redire procliviores, et haec periodos febr-

um variis typis congruere: Si igitur cortex unum paroxysmum sustulerit, nequaquam fidentum est; sed saepius est deglutiendus, ut regressum cavere queamus, in paroxysmum proximum est sumendum, in tertium omittendum, et in quartum iterum adhibendum; tum per duos paroxysmos postea intermittere licet, et sic in posterum, intervallis semper adauctis. Haec methodus forsan regressui obviam ibit; hac in regione, quatuor vicibus cortex repetitus sufficiet; sed in humidis regionibus, ubi semper causa morbi adsit, aut cortex in longum tempus est continuandus, aut in aliam terram aegro demigrandum. Nonnulli tam caute corticem tractant, ut, quamvis signa paroxysmi absint, tamen corticem omnino prohibent, donec spatium, quo paroxysmus rediret, praeteriverit. Si vero paroxysmus solvitur, et phaenomena quae stadium frigiditatis comitantur absint, corticem satis tute deglutire, ac in usu ejus perseverare, aegrum posse existimamus; atque hac methodo multas intermittentes pertinaces esse remotas, in quibus altera nequaquam valuit, experientia constat.

HANC

HANC rem dimittere nefas ducerem, nisi notaverim, observationes non rite confectas, et inscientiam distinguendi medicamenti effectum a morbo ipso, praejudicia in corticem varia fulcire, atque adeo maximo hominum beneficio obstare.

EX observationibus Cel. Dom. LIND, in libro De morbis regionum calidarum, eadem probata invenimus. Idem vir, medicinae peritissimus, docet, se per tres annos praeteritos centum et quadraginta corticis libras quotannis praescripsisse, et nullum incommodum, quod re vera usui corticis attribui posset, observasse, duobus casibus exceptis, ubi non succederet, quod forsan ex intempestivo usu accidebat.

NOTUM est, quodvis remedium, utut innocuum, saepe non prodesse, et nonnunquam etiam obesse, si minus tempestive administratur; sed hoc est peccatum temporis (inquit BADUS) non est medicinae peccatum: Nimis etiam notum est nimirumque vulgatum, quod

————— *Data tempore profunt,*

Et data non apto tempore VINA nocent. OVID.

Ex longa experientia affirmat SYDENHAMUS, se nihil mali aegris accidisse ab usu ejus vidisse unquam vel cum ratione suspicari potuisse, nisi quod illi, qui longum et repetitum corticis Peruviani usum experti essent, in speciem quandam rheumatismi scorbutici nonnunquam incidissent; quae tamen perquam raro accidit, et tunc facillime curabatur remediis antiscorbuticis. In hoc autem bonus vir hallucinatus esse videtur. Afferuit enim GRAINGER, se a cinchonae usu rheumatismum scorbuticum nunquam comperisse; sed observasse scorbutum saepe intermittentes sine cortice curatas sequi. MEIBOMIUS etiam et WERLHOFF, celeberrimi viri, testantur, cachexiam, scorbutum, et hydropem, intermittentes, aliter tractatas, supervenisse. MORTONUS fidenter asserit, postquam jam viginti quinque annos quotidiano usu ejus vires explorando expertus esset, se nunquam novisse aliquid mali ab usu corticis cuiquam evenisse, praeter surditatem aliqualem, tempore usus molestam, quae sponte illico a morbo evicto vel pulveris omissione cessavit semper. FRANC. REDI, WILLIS, BOYLE, DIGBEY, et VAN SWIETEN, magnopere corticem laudarunt, et innocuum esse testantur.

HOFFMANNUS dicit, " Si debito tempore, debita dosi et quantitate, exhibebitur, et cum diaphoreticis et resolventibus rite permiscebitur, nocebit nunquam." Quidam vir, testante DE HAEN, intra septem fere menses interne sumpsit corticis plus libris quadraginta; enormem sane quantitatem! absque tamen ullo effectu insigni, praeter quod gangraenam pessimam sanavit.

De Ufu Corticis in Remittentibus.

QUONIAM haecenus usum corticis modumque operandi in intermittentibus demonstrare conati sumus, diutius in casibus remittentium immorari haud necessarium judicamus. Observare sufficiat, remittentes induci iisdem causis quibus intermittentes, atque has duas morborum species tantum in exacerbationibus et remissionibus magis aut minus manifestis differre. Hisce igitur in morbis maxime valet cortex Peruvianus, ubicunque remissio sese manifestat; praecipue vero prodest, quancumque

docunque putrida diathesis adesse videtur, quamvis nulla fit remissio aut sedimenti urinae depositio; vel denique etiam si omnia alia obtinerent, quae ejus usum prohibere alias nos inducerent. Utrum haec diathesis putrida existat necne, ex regione, epidemici graffantis natura, symptomatibusque manifestis, cognoscere licet.

De Ufu Corticis in Febris Continuis.

CORTEX Peruvianus etiam in his morbis usurpatus fuit; sed nemo, saltem mihi cognitus, tempus administrandi aptum adhuc designavit. Febres apud veteres continentes dictae non re vera existunt; tales scilicet, in quibus frigoris stadium mox subsequitur caloris paroxysmus, et qui eodem tenore pergat, donec post longum tempus crisi solutionem penitus habuerit. Haec febres enim continentes appellatas, quae aegrum uno tantum occupant paroxysmo per plurimos dies permanente, celeberrimus professor noster Dom. CULLEN (fama

ma cujus aut in re medica aut apud eruditos nunquam est moritura) se nunquam vidisse asserit; sed omnes vel cum majore vel minore gradu aut remissionis aut exacerbationis experientia per annos triginta, summo cum studio repetita, invenisse dicit.

Ex praemissis, omnem quamcunque febrem habere paroxysmorum certis periodis sibi priorum regressum, concludere licet. Si igitur hisce veritatibus experientia stabilitis assentiamur, nempe quod omnes febres, cujuscunque speciei, exacerbationes vel paroxysmos habeant, atque paroxysmi regressus cum symptomatibus analogis stadio frigoris incipiant, corticem, ad spasmodicam affectionem obstandam, aequè in his ac in illis febribus, valere, dicere haud est absurdum. Difficultates vero usum corticis in intermittentibus comitantes in hisce febribus sunt majores; uti enim cortex neque in stadio frigoris, nisi ab ejus initio, neque in sudore, adhiberi potest, plane sequitur, usum ejus magis dubium esse in continuis, ubi stadium caloris et effectus ejus diu perdurant; si igitur rite exacerbationes et remissiones notare possumus, quin bono cum fructu adhiberi possit cortex, nequaquam dubitamus.

bitamus. Quamprimum vero diathesis phlogistica sit remota, et systematis tonus nimium diminutus, cortex est usurpandus, et in hujus generis febrium statu provectiore bonos effectus nunquam non producit; ideoque, quam nunc, saepius adhiberi debet. Nam in aequum errorem incidimus, nimis diu expectando ac nimis cito praescribendo; ita admonuit Poeta, ne

— *Sero medicina paretur*

Cum mala per longas invaluerit moras.

SED de speciebus febrium sigillatim pauca dicere oportet. Synochus, ex symptomatibus inflammatoriis et nervosis composita, initio inflammatoria, progressu autem et versus finem nervosa est. Ut hunc morbum ab initio semper diathesis inflammatoria comitatur, corticem hoc in stadio haud innocuum judicamus. Nuperrime vero felici cum successu aptam methodum exhibendi monstravit Dominus JAMES, venae sectione scilicet praemissa, usu pulveris, ex suo nomine dicti, remissionem inducere tentat; tum, quamprimum remissio apparet, corticem injicit, et hoc modo multo breviores has febres reddit. Sed, ne altius eamus, cavendum est; ex notissimo enim effectu

tu corticis, tam in intermittentium stadio caloris, quam ex tonica virtute in aliis morbis, hos casus a Dom. JAMPS memoratos proprie typhi generis esse existimamus, vel ejus generis febrium quas nervosas nuncupare solemus, quae saepe ab initio venaesectionem facile ferunt, sed solo cortice Peruviano tuto et jucunde solvuntur.

DILIGENTER indaganti a quinto ad septimum diem hoc in morbo remissiones satis aperte sese ostendunt; postea vero magis magisque obscurae esse incipiunt. Hac in praxi summa cautela certe est adhibenda; aliquid autem confidenter asserere nos adeo imperitos nequaquam decet;

— *Dies doceat.*

In stadio secundo, ubi atonica vel putrida diathesis locum obtinet, corticem esse efficacissimum, nemo dubitat.

UBI, ex abstinentia diuturna, vel intempestivis evacuationibus praecedentibus, natura admodum languet prae inertia solidorum et fluidorum defectu, et febris vel ad minimum remittere videtur, cum pulsu debili et circuitu sanguinis per vasa cerebri pene suppresso, et deliquiis frequenter inde ortis; in tali casu,
ait

ait ingeniosus GILCHRIST, cortex Peruvianus exhibitus optimum cardiacum est, fibras roborat, spiritusque excitat.

NUNC pergere liceret de *Typho* vel *Nervosa Febre*, uti vulgo vocatur, quaedam dicere; quoniam vero synochi stadium secundum, de quo supra, sit nihil aliud quam typhus verus, ulterius progredi supervacaneum esset.

IN PHLEGMASIIS, cortex nequaquam propinatur, nisi in statu gangraenoso, in quo mirifice agit, ita ut multo magis conspicuos effectus, quam in ullo alio casu, producat.

De usu Corticis in Gangraena.

Hoc in morbo cortex jure laudatur, et consensu omnium, innumerisque experimentis, fama ejus stabilitur.

DE vero usu et abusu ejus hoc in loco haud abs re erit quaedam dicere.

DUAE

DUAE species gangraenae proprie dantur:

1ma, Quae proprie suum ortum ex vi inflammationis ducit.

2da, Quae ex flaccido vel debili statu partis affectae, vel denique totius systematis atonia, oritur.

PRIMA species produci potest, quando ab impetu aucto, qui atoniam gignit, partes magnopere distenduntur; vel si effundatur materies liquida, praesertim rubri globuli, qui a putrefaciente fermentatione cito in venenum mutantur, et hi cum distentione inflammatoria ad gignendam debilitatem vel atoniam conspirant. Corticis usui hoc in casu objici potest, quod vasis nempe circumambientibus vigorem et tonum augendo, cortex, ipsam causam, unde gangraena orta fit, in eadem ratione qua parti jam affectae profit, augeatur. Si vero sine commodo talibus in casibus usurparetur, cortici minime vitio verterem; sed potius in hoc referrem, quod venenum generatum tam cito agit, ut non solum proximas partes pervadat, sed etiam totum systema adeo occupet ut confestim mortem inducat. In hoc

hoc enim casu, primo indicatur tonum arterialis systematis fervare, veneni incrementum atque ejus sedantes effectus praevenire, tonicis et antisepticis, quorum efficacissimus est cortex. Reminiscendum quidem est, corticem nimis cito nequaquam ingerendum; difficile enim interdum dictu, quando phlegmonae externae, praesertim vero internae, ad gangraenam vergant; igitur corticem praepropere deglutitum aliquod damni subsequi queat.

NUNC breviter indagandum est de secunda specie, quae maxime obtinet in hydropicis, paralyticis, et senibus; hisce in casibus, cortex, propria dosi, et debito intervallo repetita, suppuratoriam inflammationem faustam fere semper inducit.

JAM constat apud pathologicos recentiores, nullam topicam fere putrefactionem in corpore humano existere, nisi ex statu atoniae, a veneno, putrefactione, vel quodam alio modo inducto. Ex dictis apparet, cur sagax et ingeniosus PRINGLE tam saepe omnia adstringentia et tonica semper antiseptica esse memoret. Ut res clarius elucescat, notandum est, ubicunque effusiones ex inflammatione proveniunt, effectus harum ex natura materiae eiec-

tae magnopere pendere, materiam autem ex vasorum tono; hinc purpura ex quadam fermentatione, quae in sero sanguinis solo sub certis circumstantiis obtinet, oriri videtur. Celeb. enim GABER rubris globulis sero additis putrefactionem potius quam purulentiam contigisse observavit. Toni vasorum defectus facile globulos rubros transire, et effundi unacum sero, et etiam stagnare, permittit. Hinc putrefactio, dein gangraena vel sphacelus, suboritur. Sed meo iudicio atonia est causa primaria; si igitur toni vasorum defectum, tonicis remediis remove, et tonum talem qui sub fausta inflammatione adest, reddere queamus, in partibus laudabile pus faciendi copia inde facillime subsequitur, et hoc modo etiam putrefactioni obviam fiet; ex usu igitur corticis purulenta suppuratio in peripheria gangraenae sequitur.

De Usu Corticis in Variolis.

IN hoc morbo, quando suppuratio nondum ad *expir* suam pervenerit, et inflammatio huic

Huic apta non est fatis valida, vel si vis vitalis deprimatur, corticem Peruvianum aptiffimum esse remedium docet experientia. Methodum praefcribendi primo promulgavit Cel. Profef- for MONRO, cujus memoria in fummo hono- re jure est habita: Ait enim, " Where a right fuppuration did not come into the puf- tules, or petechiæ fhewed a difpofition to a gangrene, I had the pleafure to fee the effects I expected from it; the empty veficles filled with matter; watery fanies changed into thick white pus; petechiæ became gradually more pale colour- ed, and at laft difappeared."

INTER erumpendum aliquando ufurpatus fuit; fed, ni fallor, malo plerumque cum fuc- ceflu; fi enim diathefis phlogiftica fyftema per- vaferit, omnino, uti antea obfervavimus, no- cebit. Sed fi tanta atonia, dum erumpunt puf- tulae, totum fyftema occupet, adeo ut eas ejicere nequeat; hoc in ftadio indicatur cortex, et tam faepe, quam res poftulat, eft ufurpan- dus.

IN febre recidiva, ufus ejus magis eft fufpi- candus. Hanc febrem, quae in hoc ftadio fe- re femper obtinet, plerumque effe inflamma- torij

torii generis, meliusque venaefectione et remediis antiphlogisticis, quam ulla alia methodo, sanari scimus : Ergo hoc in casu cortex nocet.

DEPROMERE nunc impune liceat axioma non omnino vituperandum, viz. Ubicunque evacuatio in aliquod tempus est continuanda, ibi usus corticis dubitabilis, supervacaneus, vel denique haud innocuus est; et hisce in casibus tantum utilis, ubi putrida diathesis manifestis signis adeste apparet, aut ab initio febris recidivae incidere solet.

LEX generalis jam memorata unam exceptionem patitur, viz. in casibus quibus systema valde flaccidum esse apparet, et cum pustulae materiam tenuem et ichorosam pro pure laudabili, uti chirurgici loquuntur, emiserant, et si nulla diathesis putridae signa adsint, cortex praescribendus est.

De Uju Corticis in Haemorrhagiis.

AN corticem Peruvianum in omnibus diversis haemorrhagiis praescribere proprie possimus,

simus, diu agitatum est; sed cum poeta dicere licet,

—— *Medio tutissimus ibis.* OVID.

IN haemorrhagijs ex mobilitate atque debilitate systematis convenientibus, prodest cortex; in hisce etiam quae tam diu permanferunt, ut periodicae factae sint.

HÆMORRHAGIÆ proprie sic dictae sunt pene omnes inflammatoriae, e. g. ex decem haemoptysibus, novem inflammatoria diathesis comitatur. Haemoptysis vero accidere potest ex flaccido et debili corporis statu, ideoque diu permanere queat; hujusmodi igitur in casibus cortex et adstringentia esse usui possunt. Diagnosin autem formare medenti interdum difficillimum est; et quando haemorrhagiae inflammatoriae, et quae ex debilitate oriuntur, inter se confunduntur, multa mala certo citoque subsequuntur.

QUONIAM phthisis pulmonalis saepissime ex haemoptysi oritur, atque huic generi ab ingenioso Professore nostro Dom. CULLEN in Nosologia ejus Methodica adnectitur, pauca de usu corticis hoc in casu dicemus.

De Ufu Corticis in Phthifi Pulmonali.

ANNIS abhinc triginta hunc morbum removere venaefectionibus parvis et faepe repetitis docuit Dom. DOVER. Dom. CULLEN, hoc morbo laborantes, quibus quinquagies sanguis miffus fuit, et fanguinem detractum femper crufta coriacea obnubatum, fe vidiffe memorat. Ex hoc igitur videre licet, quam perniciofus in eis cafibus effet ufus corticis. Recte, ni fallor, fcripfit MORTONUS: " Libere fa-
 " teor, me non obfervaffe corticem aequae cer-
 " to et perpetuo in febre phthifica intermit-
 " tente scopum fuum attigiffe, ac in intermit-
 " tente fimplici a mere morbida fanguinis dia-
 " thefi orta."

De Ufu Corticis in Dyfenteria.

QUAMVIS in dyfenteria non tam faepe ac in morbis ante memoratis ufurpetur cortex, ta-
 men

men sub certis circumstantiis etiam hoc in casu utilitas et virtutes ejus elucescunt.

DYSENTERIA est morbus cum febre stipatus, atque ex eisdem causis quibus remittentes oritur; et saepe unus in alterum mutatur, atque utrique diathesis putrida adest, praesertim quando occupant in calidis regionibus et tempestatibus, in quibus, primo intuitu antiseptica, maxime autem corticem, indicari crederemus: Quando vero typum sibi proprium induit dysenteria, multa corticis usum prohibent.

SIGNA inflammatoria tanta saepe primo ingressu sese ostendunt, ut venaesectionem indicent, atque etiam tubus alimentaris, maxime circa colon, ita constringatur, ut foeces, ex quibus scybala proveniunt, retineantur. Hoc in casu corticis usus minime permittendus; nam scybala ejicere praecipue indicatur, quamvis sit difficillimum et maxime molestum. Dysenteria, quatenus morbus putridus est, usum corticis vel antiseptica postulat; attamen cortex nequaquam est usurpandus, sed medicamenta quae alvum constipatam solvant. Antiseptica, quae maxime praestant, sunt fructus horaei acido-dulces, farinacea, &c. &c.

QUANDO

QUANDO dysenteria vero typum remittentis induit, eodem modo sanari debet; MORTONUS, CLEGHORN, et LAUTER, experientia diuturna docti, hoc adhortantur. Quamprimum petechiae, aphthae, aut singultus, sese ostendunt, gangraena statim impendet, et tunc cortex nobis ultimum auxilium est; igitur sine mora, tantaque mole quam aeger ferre possit, propinandus.

Hoc in loco, unum dysenteriae casum notare volumus, ubi corticis usus minus est dubitandus; nempe si dysenteria in longum tempus aegrum infestaverit, ac ideopathica morbi symptomata absint, diarrhoea vero aut frequens dejectio alvi, ex laxitate intestinorum profluens, locum obtinet, cortex est optimum remedium.

De Usu Corticis in Paralyfi.

NULLUM medicamentum hoc in morbo frequentius usurpatur, aut cujus effectus sunt magis incerti, quam cortex. Probabilis forsan ratio ex hoc deduci potest, nempe quod medici

ci non satis causas investigaverint, quae morbum intulerint.

Si enim hic morbus oriretur ex aliquo malo quod continuitatem nervorum destrueret, e. g. ex horum erosione vel compressione, nullum auxilium hoc in casu adferret cortex.

Si cortex profit, morbum derivare ortum suum ex una vel altera causarum subsequenti-um judicamus.

IMPRIMIS, motus muscularis impotentia sine muscoli vitio sensibili exoriri potest, ex imbecillitate potentiae istius, quaecunque sit, quae apud originem nervorum vim nerveam ciere infervit, et in musculum impellere valet.

2do, Paralysis, a defectu illius vis, quaecunque sit, unde proxime pendet musculorum actio, seu defectu vis musculo insitae, uti HALLERUS loquitur, ortum ducere potest.

AD has causas species sequentes referendae sunt, viz. illa quae in senibus et eis qui juvenilibus annis nimis vino indulserunt obvenit, atque etiam quae ex arthritide, ut saepissime accidit, praesertim podagra, tyrranidem solitam in artus non exercente. Utpote etiam a doloribus rheumaticis, quum fuerint diuturni,

F... qui

qui saepe partem paralyticam relinquunt. Frigus etiam paralyfin saepe inducit, si vel intensius fuerit, vel diutius corpori applicatum, et praesertim quando humiditate conjunctum est; igitur observavit venerandus HIPPOCRATES, frigus nervis inimicum esse, et, secundum CELSUM, per imbres resolutiones nervorum frequentissime fiunt. Veneri nimium indulgentes saepe paralyfi obnoxii sunt; nam, CELSO auctore, "Frequens concubitus corpus solvit."

QUANDOCUNQUE igitur paralyfis a causis supranumeratis exordium habet, cortex, meo judicio, quam maxime utilis est. Denique, in omnibus casibus, quibus electricitas admittenda est, aut aliquod bonae frugis ea protulerit, in eis nunquam abesse debet cortex.

De Usu Corticis in Hypochondriasi.

NOSTRUM nunc non est varias hujus morbi causas dicere. Speciem intermittentis saepissime assumit hypochondriasis,
et

et tunc usus corticis locum sibi vindicat, et haud raro magnopere prodest. Saepissime a debilitate, vel atonia, vel, uti SYDENHAMUS loquitur, ab ataxia, ortum ducit; hinc dicit, " In malo hypochondriaco corticem
 " eximias mirandasque vires in sanguine et
 " in spiritibus confortandis invigorandisque
 " habere, cujus scrup. i. mane et sero ad sep-
 " timanas aliquot deglutitum sanam firmam-
 " que corporis crasin, tam viris hypochondri-
 " acis quam faeminis hystericis diu multum-
 " que aegrotantibus, dejectaque quasi jam cor-
 " poris oeconomia, restituisse ipse observa-
 " vi."

UBICUNQUE etiam hunc morbum nimis auctae evacuationes, e. g. sanguinis emissio, fluor albus, nimius concubitus usus, vel, quod multo magis perdit, illud turpe et pestiferum gaudium, nomine ONANIA, inducunt, cortex propinandus est. Sub vitae finem vero, ubi hypochondriasis, proprie sic dicta, valet, atque obstructions viscerum adsunt, cortex nocebit.

De Ufu Corticis in Chlorosi.

OMNIUM morborum qui inter puellas maturefcentes graffantur, nullus est perniciofior aut magis formidabilis, quam chlorofis. Ad teipfam, pulchra puella ! ab hocce malo tutandam, in matrimonium, ut in anchoram facram, est confugiendum :— Igitur

Define matrem

Tempeftiva fequi viro. HORAT.

SI vero gaudiis connubialibus frui nequeat infelix virgo, tum demum, ad medicinam ut fe fe conferat, neceffe eft : Sed,

Jupiter, affectae tandem miferere puellae ! PROP.

CHLOROSIS fere ex fequentibus duabus caufis pendet :

1. Ex debilitate vel toni defectu totius fyftematis.
2. Ex conformatione mala uteri.

PRIMAM caufam fugare conamur tonicis omnium

nium generum adhibendis, praesertim chalybeatis, caeterisque; si illa bonos effectus producant, cortex quoque proderit.

Quid per secundam causam voluerimus, ex Thesi, nuper in hac Academia ab ingenioso juvene conscripta, depromere liceat: "Vasa uterina aliquando vel nimis exilia sunt, vel tunicis nimis densis atque crassis gaudent, ita ut sanguini rubro transitum omnino denegent; inde fit, ut in hisce exemplis profluvium menstruale, sanitati sexus sequioris apprime necessarium, secundum naturam nequaquam sese exhibeat: Ad hancce functionem producendam, ut rite efformetur uterus, atque ut vasa ejus satis patula sint, omnino necesse est. Quandoque autem evenit ut in systemate uterino obtineat haecce conformatio mala, deficiunt menses, et exinde confectatur chlorosis." In hoc casu, corticem minime prodesse putamus.

De Usu Corticis in Chorea Sancti Viti.

UBI motus irregulares sese ostendunt, aeger

ger semper laxo et mobili systemate laborat, et ibi cortex salutiferum remedium jure habetur.

Huic morbo mederi evacuationibus docuit Ill. SYDENHAMUS: Et, has ab initio prodesse, si status plethoricus adsit, assentimur; sed remove morbum solum valet cortex.

De usu Corticis in Pertussi, vulgo Tussi Convulsiva.

REPETITA experientia hocce in morbo stabilitur usus corticis, et causam morbi esse spasmodicam ejus effectus lucide perdocent; quodocunque ore usurpatur, rarissime fallit, atque interdum enematibus prodest. Si vero cortex deficeret, onus fit leve tantum ferendo.

PRIMO ingressu morbi, cum pulmonum suffertorum adsint symptomata, spasmō nondum soluto, atque expectoratione existente nulla, deglutire corticem, nocebit: Sin vero ex naso profluat sanguis, et vomitus sponte sese offerat,

ferat, quae ambo fere fausta sunt, corticem feliciter praescribere possumus.

IN hocce remedio exhibendo, febris nullam attentionem, nisi initio morbi, postulat. Ubi diu duraverit morbus, semper corticem praescribere licet. Cautela sola observanda haec est, uti definamus tempore exacerbationis; atque multo praestat mane et ante meridiem deglutire.

De usu Corticis in Hysteria.

UBICUNQUE ex atonia aut mobilitate morbus cujuscunque generis oriatur, et viscerum obstructions eum non comitantur, tute et fauste propinatur cortex. Hinc in hysteria pura, ubi labes viscerum absunt, quae originem ex causis in nimiam mobilitatem systematis agentibus, uti ex affectibus animi, caeterisque, trahit, cortex aptissimum est remedium. " Interim tamen, inquit SYDENHAMUS, confitendum est, quod hoc medicamentum non ita certo crebroque

broque huic malo succurrat, ac febribus intermittentibus.”

De usu Corticis in Rachitide.

QUONIAM, ad hunc morbum propellendum, totum systema corroborare primo indicatur, nullum medicamentum hoc melius efficere potest, quam cortex Peruvianus; tamen non tam saepe usurpatur, quam primo aspectu credere induceremur. Medici enim, ne viribus corticis astringentibus glandulae conglobatae obstruerentur, metuerunt; hunc metum vero solvunt experimenta nuper *Londini* edita, cui libro titulus est, “*Observations and Inquiries;*” unde corticem hos tumores resolvere discimus.

CORTEX, infantibus quidem teneris, iisque qui ab ejus usu abhorreant, intus subuculae affutus, vel sub lotionis forma enematifve, factis apte adhiberi potest.

De Ufu Corticis in Scrophula.

SCROPHULA laborantes faepiffime a cortice fuerunt relevati; fed, priufquam progrediamur, notare liceat, fi in ulcusculis fuppuratio defit, ex flacciditate partis oriri potest; ad hanc fuppurationem promovendam, medicamentis ftimulantibus topice utimur; hoc in modo, ni fallimur, agunt balsamica, cui etiam cupri et mercurii praeparationes addi queunt, fcil. ut flaccidis fibris tonum reddant.

DE fructu hoc in morbo ex ufu corticis proveniente, cujus famam celeberrimi viri FOTHERGIL et FORDYCE late propagarunt, dubitare nolumus; attamen, corticem morbum folvere, nifi ex caufis ante memoratis derivetur, rariffime poffe, cenfemus. Hos ingeniofos medicos ufu corticis in hoc cafu non femper profuiffe, compertum eft; nullo enim medicamento adhuc notato, hunc morbum in omni ftatu fugare poffumus, quatenus fedem fuam in vasis lymphaticis habere, et lympham ipfam quodammodo afficere videtur.

G

Huc

Huc usque de virtutibus et usu corticis Peruviani, quem clar. MEAD “magnum Dei donum” appellat, et etiam de modo agendi praescribendique in plurimis morborum ordinibus; pergere nunc possemus quaedam dicere de ejus usu in illa classe Nosologiae a D. CULLEN tradita, nempe classe LOCALIUM; quoniam vero plerique ordinum vel generum, quae sub ea continentur, haud improprie ad tres classes jam memoratas referri possunt, non est ulterius progredi necessarium; aut, si quid praeterea dicerem, limites hujusmodi tentaminis nos transituros judicamus.

Ex dictis de cortice Peruviano luculenter, ni fallor, apparet quanti usus sit in praxi medica hocce Americanum pharmacum, quamque nobile et salutiferum sit in plurimis morbis remedium sub regimine prudentis medici: Sed et simul patuit gladium esse in imperiti manu, et malorum terribilium catervam aliquando comitari ejus intempestivum usum, adeo ut multi non dubitarunt pronunciare eum magis damnosum esse quam utilem.

“ Quae praesenti opusculo defunt, sup-
 “ pleat aetas; non enim differendum est
 “ tyro-